

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

defectus est nullis indulgere cum necessitas iubeat. **Et** nulla virtute contingit male vti: scilicet virginitate contingit male vti. **Et** si primi parentes ea vti fuissent male vti fuissent: etiam si rex vteret ea male vteretur. **Unde** ut iam visum est quod illud propositum debet fieri secundum rectam rationem aliter esset vitium: ideo dico quod illud propositum in primis parentibus vel rege: puta de seruando integritate corporis non fuisset cum recta ratione. **Et** ex omnibus istis patet quod sit dicendum ad rationes: procedit enim ex equocatione huius termini virginitas: probant enim bene quod virginitas pro integritate corporis corrumpitur: sed non probant de aliis virginitate capta pro aliis: **Et** ponitur

Conclusio moralis distincta ab aliis virtutibus: **Que** conclusio relinquitur probata ex dictis in primo finaliter circa (modo notabili).

Queritur istud tertium: **Quid** castitas sit propter temperantiam. **Et** arguitur primo quod non: quia castitas videtur conueniri cum temperantia: igitur. **Arguitur** secundo sic: **Castitas** pertinet ad corpus: igitur non est virtus: et propter hoc non est pars temperantie. **In** oppositum sunt fere omnes theologorum. **Pro** cuius declaratione:

Primo sciendum est quod castitas est propositum firmum reuocandum de libidines turpes et inhonestas. **Et** quod sequitur quod cum illa possit fieri secundum rectam rationem quod ipsa est virtus: cuius extrema stant in nimis admittere illas libidines turpes et inhonestas et in non admittendo tales libidines vel delectationes venereas. **Et** quod sequitur quod castitas est conditio ad temperantiam in virginibus viduis et coniugatis: hoc est triplex est castitas. scilicet virginialis/coniugalis/et vidualis. **Sed** dices: verum distinguat a temperantia. **Unde** ponendo tale propositum: castitas distinguitur ab abstinentia. **Patet** quia abstinentia est circa versus cibos et non circa delectationes venereas.

Sed restat dubium: verum castitas distinguat a pudicitia. **Unde** quod pudicitia est in signis actuum marie pudendorum: sic sunt actus venerei circa quos peccatur: ita quod pudicus signat illum qui maritum in signis actuum maritum pudendorum moderatione habet: ut circa tactum oscula et verba: quod tria marie sunt pudenda. **Sed** dubium est: verum pudicitia distinguat a castitate. **Pro** solutione dico quod triplex est pudicitia sicut triplex est castitas. scilicet virginialis/coniugalis/et vidualis. **Et** si dicas: in virgine non potest esse moderatio istorum pudendorum: sed omnino reiectio. **Dico** quod pudicitia in virgine et vidua est reiectio istorum signorum in quantum sunt signa pudendorum: sed non in quantum sunt signa amicitie pacis. **Sed** pudicitia coniugalis bene est moderatio istorum pudendorum: et non omnino reiectio. **Sed** castitas signat illum qui circa venerea secundum rationem moderantem se habet: et sic patet quod differentia est inter castitatem et pudicitiam.

Secundo sciendum est quod difficultas est in ter doctorum quod pro sobrietate possumus intelligere ut est species temperantie. **Pro** cuius declaratione est aduertendum quod sobrietas potest capi tripliciter. **Uno** modo pro omni vsum vini vel alterius potus regulati et temperati. **Et** isto modo non opponitur recte ebrietati. **Et** de ipsa ponitur talis propositum: sobrietas est virtus: patet quia sic circa vsum ciborum temperatorum est virtus quod vocatur abstinentia: ita circa potus temperatos est virtus quod vocatur sobrietas. **Alio** modo capitur pro vsum vini regulati vel temperati vel saltem non taliter cadens a regula quod reddat hominem impotem mentis: et sic sobrietas proprie opponitur ebrietati. **Et** isto modo etiam sobrietas est virtus: licet tamen cum ea stet in temperantia circa aliquid potus. **Unde** quicquid aliquid virtus secundum pro mittit plura vitia tanto ipsa est imperfectior. **Alio** modo

capit multum large: ut multi auctores videntur capere: puta pro omni vsum cibi vel potus mensurato et regulato. **Et** sic non esset proprie virtus distincta ab abstinentia quod videtur esse circa cibos: imo esset commune ad sobrietatem: primo modo et secundo modo dicitur et ad abstinentiam quod videtur esse circa cibos. **Et** est aduertendum quod proprie sic ebrietates non dicitur quicquid vsum vini vel alio vsum est: sed solum illud quod perturbat et impedit vsum rationis: ita sobrietas non solum quicquid vsum vini etiam regulati: sed etiam tamen quod habet temperantiam excellens: ita quod sobrietas se habet in potu sicut abstinentia in cibo. **Circa** quod mouet tale dubium: verum abstinentia possit differri in casu extreme necessitatis. **Pro** solutione cuius est aduertendum quod aliquid datur operam alicui ex multiplici principio. **Uno** ex lege positua ecclasiastica: et de ista ponitur talis conclusio: **Non** potest rationabiliter ab ecclasiastica siue vni siue particulari siue puinciali lex aliquid dari de non vsum perpetuo alicuius cibi: quia talis indicaret laqueos damnationis in salutem hominum. **Et** pro hoc soluitur dubium. **Alio** aliquid datur operam alicui rei ex puato et pro propositum: et de isto talis ponitur conclusio: **Nullus** potest habere propositum rectum de non perpetuo vsum alicuius cibi: et hoc supple includendo extremam necessitatem: imo in extrema necessitate sunt omnes istas leges particlares et proposita puata: sed comedere carnes et alia cibaria quod tamen videtur contra cartusianes: et pro ista et illa quod dicitur sit in puo notabili: patet quod sit dicendum ad questionem. **Et** ponitur

Conclusio moralis: **Castitas** est pars temperantie continentis sub se castitatem virginalem/castitatem coniugalem/et castitatem vidualem/est vere virtus: quod conclusio relinquitur probata in primo notabili. **Et** pro ista patet quod sit dicendum ad totam materiam tertii ethicorum. **Finis** tertii libri ethicorum.

Libri quarti ethicorum Aristoteli.

De cam deinceps de liberalitate. **Unde** autem esse circa pecunias medietas: laudat enim liberalis non in bellicis: nec in quibus temperatus etc.

Quia quod tertium librum ethicorum quod sit primo: verum liberalitas sit virtus moralis. **Et** arguitur primo quod non: quia accipitur vni virtuti non impedit actum alterius virtutis: sed liberalitas impedit actum magnificencie: igitur. **Secundo** arguitur sic: virtus moralis dicitur esse circa passiones: sed liberalitas non est circa passiones: sed circa pecunias: quod non sunt passiones: igitur. **In** oppositum est aristoteles in textu. **Pro** cuius declaratione:

Primo sciendum est quod difficultas est apud alios doctorum de materia liberalitatis. **Pro** cuius declaratione ponuntur aliquid propositum. **Prima**: liberalitas est circa pecunias: et hoc capiendum pecunias large ut se extendit ad propriam pecuniam et ad omne illud cuius dignitas numerisimare mensurat. **Et** si dicas doctrina potest dari liberaliter: et tamen non mensurat numerisimare. **Unde** deo quod doctor doctrinam non dat: sed labores suos: notum est quod aliquid labores sunt aliis laboribus utiliores dato quod non sint ita difficiles: ideo congruum est: imo licet pro aliquibus laboribus magis assumere quam pro aliis. **Et** bonum corporis humani non potest mensurari numerisimare: et tamen liberalitatem est si quis corpus suum exhibeat gratis. **Dico** quod nullus liberaliter dat corpus suum: sed bene vsum corporis. **Unde** dare liberaliter non est proprie nisi quod suus est transferre in dominium alterius quantum ad rem ipsam aut quantum ad vsum rei. **Et** est aduertendum quod quod dicitur quod liberalitas est circa pecunias: debet intelligi